



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

Candido Lectori T. Bredenbachius salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

di? quæ & qualia cognoui? ubi ego fui? sed & crebrò in easdem extases abripiebatur. Illud quoque mirum, quòd toto illo semestri, quo languens decubuit, ungues nunquam succreuerint. Exacto deinde semestri lenissima morte velut placidè obdormiens, in Domino defunctus est. Historiam esse, non fabulam, exposuit nobis quidam vir integerrimus ac doctissimus I. V. Licentiatus, domestica consuetudine mihi notissimus, qui eidem Arnolde proxima fuit affinitate còiunctus, sapissimeq; & valentem & postea languentè vidit & audiuit.

CANDIDO LECTORI T.
Bredenbachius salutem.

St atueramus his octo libris adiungere novum continentem *Miscellanea variarum rerum, quæ cum singulari fructu & voluptate legi & referri in humanis congressibus possunt: sed quia prolixior erat, quam ut prioribus commode posset annecti, alteri Tomo eundem, cum alijs plerisq; reservabimus, orantes, ut ijs quæ in hunc Tomum optima fide, magnoq; labore & studio à nobis collecta sunt benigne nobiscum finaris, donec Deo Opt. Max. gratiam uberiorem largiente, reliqua tuis v'sibus & commodis servatura perficiamus. Rogamus prætereà benevolum lectorem, ut si quæ et at is nostræ mira & memorabilia certa fide cognoverit, quæ ad divinæ gloriæ augmentum, et Christianæ religio-*

*ligionis ac pietatis profectum, in publicum pro-
ferri mereantur, illorum proferendorum occasi-
onem idoneam captare non graueur, vberem
fidei & industriae suae recepturus mercedem ab
illo, cuius opera reuelare, & confiteri honorifi-
cum est, cuius nomen apud omnes sanctificari,
quotidiana precatione flagitamus, Vale.*

**Tomi Primi Sacrarum Collatio-
num finis.**

DEO GLORIA.